

## Band XI., Nr. N5692, Seite 547

*Graf Eberhard von Wartstein verzichtet auf seine Vogtei in Altmannshausen, Winden und Anhausen zugunsten des Klosters Salem und gibt diesem widerrechtlich vorenthaltenen Besitz bei Erbsetten samt einigen Eigenleuten zurück.*

Altmannshausen, 1282. März 5.

Ne quicquam humanorum actuum subdatur vanitati, cautum est ipsos literali testimonio ac ydoneorum virorum subscriptionibus confirmari. Sciant igitur universi tam presentes quam futuri presentem literam inspecturi, quod ego Eberhardus comes de Wartstaine, pretendens ex conversione compuncti cordis tanto graviora fore peccata quanto diutius infelicem animam detinent alligatam, omne ius quod michi pretextu advocatie vel deffensionis aut alterius cuiuscunque consuetudinis supra curia dicta Altmanshusen seu opidis dictis Wineden et Ahusen sive aliis rebus eisdem locis circumiacentibus ad puram et retrohabitam proprietatem monasterii de Salem spectantibus competere visum fuit, libero animo resignavi et eidem iuri renuntio per presentes tali videlicet expressione subsequata, ne per me vel aliquem meorum successorum seu heredum a dicta curia aut a predictis opidis vel rebus ipsis pertinentibus aliqua servitia sive gravia fuerint vel levia de cetero exigantur. Preterea cum contra conscientiam pratum dictum Hundeswise et novalia dicta Buggengerúte nec non aliud novale attinens silve que attingit colliculum, qui vulgariter dicitur uf dem rainen, ob Erfesteten et quendam virum dictum Siggen et Adelhaidim filiam sue sororis michi vendicaverim, eidem monasterio iure tradidi sub eodem. In cuius rei testimonium presentem literam dicto monasterio videlicet de Salem cum additione testium subscriptorum dedi mei sigilli munimine roboratam. Testes autem sunt: dominus Hainrichus plebanus de Erfesteten, dominus Ch. plebanus de Frankenhoven, Ül. et Otho fratres de Egelingen, fratres Hainrichus et Ch. cellerarii de Salem, Gerungus et Waltherus fratres sive conversi ibidem, item Egelolfus de Stúzzelingen, Ül. plebanus de Hagingen, Swiggerus senior de Gundelvingen, Swiggerus dictus der Lange de Gundelvingen, Bertholdus Srawaz et alii quam plures.<br><br>Acta sunt hec anno domini MCCLXXX secundo, proxima feria quinta ante dominicam qua cantatur Letare, in curia dicta Altmanshusen.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An der Urkunde das schildförmige Siegel des Grafen Eberhard von Wartstein aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, ca. 55, 42 mm: Im Zinnenschnitt schrägrechts geteilter Schild. Umschrift: . S .COMITIS . EBERHARDI . DE . WARTSTAIN.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

4/6510

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Altmannshausen

**Ortsindex:**

Altmannshausen Wüstung (23669)<br> Altmannshausen, Hayingen, RT, W<br> Altsteußlingen Wohnplatz (16761)<br> Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL<br> Anhausen Wohnplatz (15865)<br> Anhausen, Hayingen, RT<br> Eglingen Wohnplatz (16052)<br> Eglingen, Hohenstein, RT<br> Erbstetten Wohnplatz (16772)<br> Erbstetten, Ehingen (Donau), UL<br> Frankenhofen Wohnplatz (16774)<br> Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Hayingen Wohnplatz (15868)<br> Hayingen, RT<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Wartstein, Ehingen (Donau), UL<br> Winden Wüstung (26221)<br> Winden, Hayingen, RT, W